

tenere rationem filii: sed tantum volumus per illos actus meritorios dari jus morale & meritorium ad maiorem gloriam recipiendam, mediate, id est mediante actu intentionali, qui in primo instanti glorificationis elicitur, & disponit physice ad recipiendum augmentum gratia & gloria, actibus remissis in via elicitis debitum, ut in tertia conclusione declaravimus.

164 Ex quo patet solutio ad primam confirmationem: concessa enim Majori, Minor distinguenda est: Jus physicum & intrinsecum ad gloriam ut hereditatem consequitur ad physicam gratia entitatem, concedo Minorem: Jus morale & extrinsecum ad gloriam, ut premium & coronam, sequitur ad physicam gratia entitatem, nego Minorem: istud enim jus sequitur immediate ad actus meritorios de condigno vite eterne, quales sunt actus remissi caritatis, ut articulo precedenti ostendimus: unde licet parvulus, cum gratia baptismali decedentibus, detur gloria per modum hereditatis, non tamen per modum premii & coronae, quia nulla habent propria merita.

165 Ad secundam, concessa Majori, distinguo Minorem: Ratio habitus & qualitatis est generica ad rationem gratia, physice spectata, concedo Minorem: considerata in esse moris, nego Minorem. Similiter distinguo Consequens: Ergo illa non potest augeri in esse gratia, nisi statim in esse habitus & qualitatis augetur, in esse gratia physice spectata, concedo: in esse gratia moraliter considerata, nego. Gratia igitur in esse gratia considerata dupliciter: primo in esse physico, secundum quod est ultima differentia contrahens habitum ad talem speciem: secundo in esse morali, quatenus mediantibus operibus meritoris per illam acceptatur homo ad gloriam ut coronam. Unde dicimus, quod quando gratia secundum propriam rationem specificam gratia augetur in esse physico, etiam debet augeri in ratione habitus, non tamen necessarium est, quod augetur gratia in esse habitus, quando augetur in esse morali, in genere morali. Est exemplum in habitu gratia Christi, quae quidem in esse physico finita est, etiam secundum differentiam specificam gratia, ut 3. p. qu. 7. art. 11. docent communiter Theologi cum S. Thoma, tamen secundum moralem dignitatem, in quantum nempe est principium infiniti meriti, & satisfactionis infinita, est in genere gratia infinita, ratione suppositi operantis, ut ibidem docet S. Doctor.

166 Ad tertiam confirmationem dico, nullum esse inconveniens, quod in via non semper salvetur aequalitas & proportio inter quantitatem gratia in esse habitus, & quantitatem eisdem in esse gratia, sed meriti, sed sufficere quod servetur in esse gratia, ubi etiam servabitur aequalitas inter quantitatem gratia, & quantitatem gloriae: nam in patria omnia consummata erunt & perfecta, in quo in Christo non salvari potest talis aequalitas & proportio: cum repugnet gratiam Christi in esse habitus & qualitatis esse infinitam, licet per illam mereatur premium infinitum, saltem in esse moris, seu infiniti valoris & pretii, de quo in Tractatu de Incarnatione, quando de gratia Christi differemus.

167 Obijcies secundo contra secundam conclusionem: Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 16. & can. 24. docet justificatos de die in diem per bona opera, subindeque per actus remissos caritatis, crescere in accepta justitia, & magis justificari, ac sanctiores fieri: Ergo censet per actus remissos caritatis, gratiam in esse physico qualitatis statim augeri.

168 Sed negatur consequentia: ut enim iustificentur per actus etiam remissos de die in diem crescere in accepta justitia, & magis justificari, ac sanctiores fieri, non oportet gratiam & caritatem in illis physice actu augeri, maioremque fieri secundum intentionem, sed sufficit illam fieri maiorem moraliter, & jus ad maiorem gloriam & caritatem, suo tempore conferendam, acquirere: sicut peccatores per actus remissos vitiorum dicuntur crescere in iniustitia, & peiores fieri, licet per tales actus nihil reale physicum in ipsis producat, habitus enim vitiosi, sicut & virtutes acquisite, physice non extenduntur, nec augentur per actus remissos, sed solum per actus habitus intentiones, ut communiter docent Theologi.

169 Obijcies tertio: Id quod cadit sub merito de condigno, confertur infallibiliter: Sed actus remissi merentur de condigno augmentum gratia & caritatis, ut statim conferendum: Ergo tale augmentum statim confertur. Major patet: Minor probatur. Actus remissi adaequant suo valore augmentum gratia & caritatis, prout conferendum statim: cum in illo statim dando non sit major

estimabilitas, quam in illo secundum se sumpto: Ergo de condigno merentur tale augmentum, prout statim conferendum.

Confirmatur: Actus intensus ut sex, elicitus ab habente caritatem ut octo, maioris est dignitatis actu intenso ut quatuor, elicito ab habente caritatem ut duo: Sed ille secundus actus meretur augmentum gratia & caritatis, ut statim conferendum: Ergo & primus.

Confirmatur amplius: Actus intensus ut sex, habet quantum est de se, ut sit meritorius de condigno augmentum gratia & caritatis, ut statim conferendi: Sed hanc vim non amittit ex eo quod in subiecto intensior gratia procedat, alias peioris conditionis redderetur ob maiorem sanctitatem subiecti, ut articulo precedenti contra Bannez arguebamus: Ergo etiam in subiecto, in quo major gratia procedit, & quod habet caritatem ut octo, meretur augmentum gratia & caritatis ut statim conferendum.

Ad objectionem, concessa Majori, neganda est Minor, ad cuius probationem, nego Antecedens, actus enim caritatis non adaequant suo valore premium, nisi conaturaliter conferendum: augmentum vero gratia & caritatis non datur conaturaliter, nisi proportionata dispositio procedat, qualem dispositionem non esse actum remissum, vel aequalem, sed solum actum habitu intensiorem, supra ostendimus, & ideo actus remissi caritatis, cum tali augmento ut statim conferendo non adaequantur moraliter. Unde

Ad primam confirmationem dicatur, ex eo quod actus intensus ut sex, elicitus ab habente caritatem ut octo, maioris sit dignitatis actu intenso ut quatuor, elicito ab habente caritatem ut duo, solum colligi talem actum esse maioris augmenti gratia & caritatis meritorium, non tamen augmenti ut statim conferendi, propter rationem iam dictam.

Ad secundam vero, concessa Majori, nego Minorem: si enim actus caritatis ut sex elicatur a subiecto, habente caritatem habituale intensum ut octo, per accidens non erit meritorius de condigno augmentum gratia & caritatis, statim conferendi: hoc tamen non provenit ex eo, quod ratione maioris dignitatis subiecti, peioris conditionis fiat quantum ad dignitatem: sed ex eo quod augmentum statim conferendum alterius sit rationis & conditionis, & prae meriti proportionatam dispositionem in subiecto requirit, ut iam diximus.

Obijcies quarto contra tertiam conclusionem: Si actus ferventissimus caritatis, quem homo in primo instanti glorificationis elicit, disponeret ad augmentum gratia & caritatis, actibus remissis in via elicitis debitum, disponeret etiam consequenter ad augmentum luminis gloriae, tali gratia & caritate correspondens: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Seuela Majoris patet: Minor probatur: Actus caritatis quem homo in primo instanti glorificationis elicit, non procedit a fide, quae in patria non remanet, nec per eam regulatur, sed per visionem beatam: Ergo prius intelligitur lumen gloriae, seu visio beatifica in subiecto, quam talis actus caritatis in voluntate: & aliunde visio illa semel data non potest amplius augeri: Ergo cum nihil disponat ad formam quam praesupponit in subiecto, & a qua dependet & profluit, talis actus caritatis ad augmentum luminis gloriae disponere nequit.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem: ad cuius probationem, concessa Antecedente, nego Consequentiam: licet enim actus ille caritatis, quem homo in primo instanti glorificationis elicit, & per quem ad recipiendum augmentum gratia & caritatis, actibus remissis in via elicitis debitum, physice se disponit, procedat a visione beata, & per ipsam regulatur; hoc tamen non obstat quin possit eam in genere causae dispositivae praecedere, subindeque ad augmentum luminis gloriae physice animam disponere: sicut quaelibet dispositio ultima praecedat formam in genere causae dispositivae, & ab illa procedit, ac in genere causae efficientis dependet: calor enim, qui est dispositio ad formam ignis, est effectus profluens a forma ignis, inquit S. Thomas 3. p. q. 7. art. 13. ad 2. & organizatio corporis est dispositio ad receptionem animae, & tamen corpus non habet esse organicum, nisi ab anima, ut docet idem S. Doctor 1. p. q. 76. art. 4. ad 1. Eandem doctrinam, ac mutuum causarum dependentiam, & causalitatem, pluribus aliis exemplis in Tractatu de justificatione elucidavimus: disp. 1. art. 8. unde hic dicitur immorari non expedit.

TRACTATUS UNDECIMUS

D E

QUATUOR VIRTUTIBUS CARDINALIBUS, ET VITIIS EIS OPPOSITIS.

Ad Questionem 57. D. Thome, & alias sequentes.

P R A E F A T I O.



On satis de virtute bene mereri me arbitror, nisi post explicatas & commendatas virtutes Theologicas, brevem Synopsin & compendiosam tractationem subjungerem virtutum moralium, ac praecipue earum quas Cardinales vocant, quibus cetera veluti cardibus imbutur, & quae casu quoque foris hominum negotia omnia & omnia moderantur. Quare hoc unicum erit Disputationum quas aggredior Argumentum: Virtutum scilicet quatuor moralium, quae principem locum obtinent, & earum omnium Questionem, quas supra centum D. Thomas in secunda secunda instituit, expedire & diducere explicatio. Atque ut primum a nominibus incipiam solene haec virtutes Cardinales vocari, quod inter ceteras morales praecipue sine, & primarias aliorum nostrorum moderatrices, ea prope ratione, quae D. Gregorius domorum vel Ecclesiarum praepositos & rectores Cardinales nuncupavit, & quod solet dici ad

alios regendas proponi, ipse iustitiam vocabulo, inordinari vocavit: Quod vero ad partitionem actuum, quatuor esse dicitur eas virtutes omnino necesse est: cum potentia & facultates animae virtutum capaces, quatuor duntaxat sint, quarum qualibet earum virtutum unam sibi vendicat, velut aliarum, quae in eadem facultate recipiuntur, immobilem cardinem. Prudentia ceteris superior, in prima & principe potentia, scilicet intellectu, sedem obtinet: iustitia voluntatem regit, Fortitudo appetitum irascibilem coercet. Temperantia concupisibilem moderatur. Jam vero si earum officia & munera exigas, ita paucis accipis. Prudentia rationis sollicitudinem in rebus omnibus constituit: iustitia aequalitatem efficit in his operationibus quae circa alios versantur: Fortitudo robur & firmitatem habet, quibus timores compescit, & pericula non deterruit: Temperantia demum eas appetitiones, quae in delectabile bonum toto impetu feruntur, veluti injellis habent moderatur.

Haec, quae ad nomen, partitionem, & munera virtutum Cardinalium attingens, paucis explicari poterunt. At quis eas laudes, quibus Sancti Patres eas virtutes exornant, vel integro volumine complecteretur? Sed cum non minus indecorum esset omnes praeterire, quam difficile cardinem, quosdam leviter & veluti summa manu decerpam. D. Gregorius 2. Moral. cap. 3. Cardinales virtutes egregie quatuor spirituali adificii angulos vocat, quos si contingeret turbinibus concuti & everti, domus tota pessum iret. D. Nilus lib. de Orat. cap. 1. eas esse dixit quatuor aromatum species, quibus caelestis Thimiana conficitur, & quae caelestes animas, mentesque, ac Deum ipsam, gratissimo odore perfundant. Hiliberus Censurae Epist. 31. in cap. 1. Eccles. quatuor rivas vocat cursum mystici, quo anima post partem victoriam in speciem triumphi vehitur. Olympiorum quatuor Cardinales ac praecipuos virtutes, quibus animae regio perficitur, ut inde ardua largissime fluant. Sed demum sicut D. Ambrosius Lib. de Parad. cap. 3. quatuor virtutes Cardinales, quatuor spiritalis Paradisi fluenta vocat. Confer enim sapientia & vita sunt, ut Scriptura vocat, cum celeberrimo illo Paradisi fonte dimanant: ita virtutes (inquit) quatuor Cardinales, ad irrigandam & fecundandam tellurem animae, & sapientia fonte dimanant. Sed postea, ea collatione semel instituta (earum virtutum cum his fluminibus analogiam eleganter & fuse persequitur. Prudentiam, inquit, per Phison velut per imaginem aut symbolum quoddam expressam fuisse, ob insignes divitias, pulchritudinem, & oblationem quam anima confert. Geom temperantiam refert: ut enim hic fluvius Aethiopia terram alluit, ita temperantia abluat corpus abjectum, & carnis vilissima restinguit incendium. Fortitudinem Tygris rapidissimus repraesentat: Haec enim quodam cursu rapido resistentia quaeque transverberat, nec aliquibus cursibus eius impedorum heret obtaulis. Divinum iustitiae speciem aliquam Euphrates exhibet: quod vel solo Euphratis nomine fecunditas, ubertas, lactia, desponsio. Quid vero iustitia virtute felicitas, quae virtutum est fecunda propago, quae fructuum honoris & honestatis abundantiam parit, quae demum summa laetitia, tum ipsam qui ea praeclius est, tum & ceteros etiam perfundit? Sed nosus esse non aliqua D. Ambrosii verba subnectere. Haec pauca accipe. Fons vite (inquit) sapientia, fons gratiae spiritualis, ita fons virtutum est ceterarum, quae nos ad aeternam cursum dirigunt vite. Ex anima igitur quae culta est, fons iste procedit ut irriget Paradisum, hoc est quaedam diversarum fruteta virtutum, quarum sunt initia in quae sapientia dividitur. Quae sunt quatuor initia ista virtutum, nisi unum prudentiae, aliud temperantiae, tertium fortitudinis, quartum iustitiae? Itaque sicut fons est sapientia, sic flumina quatuor sunt fluenta virtutum &c. Item lib. 1. de officiis cap. 24. postquam Abraham, Joseph, Job, & Davidis varias recensuit virtutes, ut coronidem illis imponat, addit: Quod his viris principium virtutum officium defuit? Quarum primo loco constituerunt prudentiam, quae in veri investigatione versatur, & scientiae plenioris infundit cupiditatem; secundo iustitiam, quae suum unicuique tribuit, alienum non vendicat, utilitatem propriam negligit, ut communem aequitatem custodiat; tertio fortitudinem, quae & in rebus bellicis excessi animi magnitudine, & domi eminet, corporisque praestat viribus; quarto temperantiam, quae modum ordinemque servat omnium, quae vel agenda vel dicenda arbitramur.

DISPUTATIO PRIMA.

De Prudentia & partibus ejus.



Uamvis prudentia in intellectu fit, & per consequens simpliciter virtus intellectualis: quia tamen non sinit in solo intellectu, sed extenditur ad rectificandum appetitum, merito a pure intellectualibus fecerunt, & inter morales collocatur, veluti illarum regula, dux, & magistra: unde Philosophus 6. Ethic. prudentiam animam ex virtute operantis veluti oculum esse dicit, Chrysostomus in Psalm. 13. Lucernam animam, Regnam cogitationum, magistram eorum quibus sunt & beneficia; & Maximus Tyrus diff. 4. prudentiam ait non aliter quam matremfamilias ex rationis prescripto omnia dirigere in familia proborum. Quod videtur fuisse a Philosopho, qui in magnum Moralium in ipso fine prudentiam commendat, tanquam architectum quemdam virtutum & sapientie velut arietem toti virtutum familia presertim, dispensantemque in ea, & prescribentem munera singularum, ut sapientie tamquam domina, prohibito affectum tumitur, & omnibus demerite compositis, otium ad functiones suas, & liberum, enubiliatis iis que officere poterant, altissimarum rerum prospectum parat, Demum prudentiam, ut ait D. Bernardus lib. 1. de consider. cap. 8. inter voluptates & necessitates, media quasi quaedam aditiva sedens, utriusque certis limitibus determinat fines, istis assignans & praebens quod factus est, illis quod vitiosus demerit. Porro ut hujus illustris virtutis naturam clare percipiamus, definitio ejus breviter explicanda est. Deinde que sint partes integrales, subjectivae, & potentiales illius, exponemus.

ARTICULUS PRIMUS.

Definitio prudentia explicatur.

Definitur prudentia a Philosopho 6. Ethic. cap. 5. R. ut ratio agibilium. Circa quam definitionem primo observandum est, quod duplex potest esse ratio agibilium: una generalis & communis, per quam regula bene operandi traduntur; alia particularis, qua in singulis actionibus praescribitur quid hic & nunc liceat, vel expediat, aut debeat fieri secundum rectam rationem. Prima non pertinet ad prudentiam, sed ad Theologiam, vel Philosophiam moralem: secunda vero spectat ad prudentiam, qua non circa universalia, sed dumtaxat circa singularia versatur.

Secundo advertendum est, quod ratio agibilium adhuc potest esse duplex: alia que se tenet ex parte potentiae per modum habitus operativi, & haec est prudentia: alia que se habet per modum objecti inspecti & considerati, & ista est lex, que non est virtus, neque habitus operativus, sed comparatur ad prudentiam, ut idea artificis ad artem: nam sicut ars inspicendo ideam, perficit artefactum, sic prudentia attendendo ad legem, dirigit actus humanos & liberos, qui sunt ipsa agibilia.

Tertio notandum est, quod nomine agibilium intelligenda sunt primo & praecipue moralia, id est que ad bonos mores pertinent, a quibus boni simpliciter denominantur & ad finem moraliter bonum, id est honestum conducunt, secundario vero & minus principaliter quaedam alia, que pertinent ad bonum & commodum vite humane, & ad bene vivendi quomodocumque rationem. Prudentia enim moralis v. g. non solum valet ad dirigendos mores inuisitulosque in ordine ad honestatem, sed etiam ad querenda aliqua licita vite commoda, vel ad vitanda incommoda & pericula, ad captandam aliorum benevolentiam, & vitandam offensionem; ad discernenda aliorum ingenia, & vivendum cum illis pacifice & similia. Unde Paulus Act. 23. prudentem egit, quando ut impetum Judaeorum declinaret, in mortem ejus conspirantium, iniecit questionem de resurrectione mortuorum, ut Phariseos & Sadduceos inter se committendo, utrorumque vin contra se frangeret. Prudentem, inquam, egit, sive hoc fecerit ex altiori & honesto fine, ut Evangelium diutius predicaret, sive tantum ut vite suae consulere. Christus etiam prudentissime respondit Phariseis & Herodianis: Reddite qui sunt Caesari, & qui sunt Dei. Unde invidiam quam ipsi confare volebant, declinaret; sufficere responsum illud prudens, quamvis Christus nihil aliud intendisset, quam Judaeorum calliditatem eludere.

Idem patet in prudentia economica, politica, & militari: prudentia enim economica non eo solum pertinet, ut familia honeste vivat, curando ut omnes domestici mores suos conformet ad prescriptum recte rationis, verum etiam ut familia bene & commode sit in iis que ad victum & vestitum, aliasque vite humane necessitates spectant, juxta illud Christi Lucae 12. Fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam,

ut det illi in tempore crisis mensuram. Prudentia etiam politica non solum curat ut cives honeste vivant servando leges, verum etiam ut abundant copia rerum necessariorum, & ut concorditer vivant & pacifice. Item prudentia militaris non curat solum ut milites honeste vivant, & virtutem fortitudinis, aliasque suo statui convenientes exerceant, sed etiam ut adhibeant quaecumque alia ad bellum bene gerendum, & victoriam consequendam necessaria: cuiusmodi sunt, providere sapienter de comessu, captare opportunum locum, tempus, & occasionem pugnandi, & alia hujusmodi.

ARTICULUS II.

Quae sint partes integrales, subjectivae, potentiales prudentiae?

Triplex genus partium in qualibet virtute distinguitur, scilicet, aliae vocantur integrales, aliae subjectivae, aliae potentiales. Partes integrales dicuntur non aliqui habitus aut actus partiales, ex quibus ipsa virtutis essentia conlestat (est enim quilibet virtus una simplex qualitas omnino indivisibilis) sed quaedam conditiones, aut dispositiones, aut actus, quibus perficitur opus virtutis. Partes subjectivae sunt species virtutis, de quibus illa essentialiter predicatur, sicut animal de homine, equo, leone &c. unde totum id quod est de ratione virtutis dividitur, debet in singulis ejus partibus subjectivis reperiri. Partes denique potentiales vocantur quaedam virtutes minus principales, quae alteri principaliori adiunguntur, cujus rationem non perfecte attingunt, sicut partes subjectivae, habent tamen cum illa connexionem, vel quia ordinantur ad actum minus principales in eadem materia, vel quia in modo procedendi, & moderandi passiones & actus appetitus, assimilantur modo proprio talis virtutis.

Partes igitur integrales prudentiae a D. Thoma 2. 2. q. 49. octo assignantur, nempe memoria, intellectus, vel intelligentia, docilitas, solertia, ratio, providentia, circumspexio, & cautio. Ex quibus quince priores spectant ad prudentiam secundum quod est cognoscitiva, consiliandi per ebulliam, & judicandi per finesim, vel gnomem; nam omnes illae deserviunt perfecto consilio & iudicio. Tres vero posteriores pertinent ad prudentiam secundum principalem actum, qui est praecipere, vel applicare ad opus.

Memoria ergo est recordatio praeteritorum, quae plurimum valet ad prudentiam. Intellectus sive intelligentia dicit praesentium notitiam: ut enim prudenter judicemus, necesse est praesentem statum rei nobis esse probe perspectum. Docilitas importat affectum & promptitudinem ad discendum, quae etiam multum juvat ad prudentiam. Solertia deservit ad hoc ut homo per seipsum inquirendo, cito assequatur perfectam rei assimationem, cito aptitudinem ratiocinandi, & aliud ex alio legitime colligendi: unde non sumitur pro ipsa potentia ratiocinativa, sed magis pro bona ejus dispositione & usu. Providentia importat praespectum futurorum, vel ut alii volunt, dicit rectam ordinationem eorum que sunt ad finem. Circumspexio dicit attentionem ad omnia que occurrunt, & conferentiam illius quod in finem ordinatur cum his que circumstant, ne quid ex necessariis desit in opere. Cautio denique importat attentionem ad praevienda mala, quae bonis admisceri possunt. Partes vero subjectivae prudentiae, seu species ejus, sunt duae, nimirum prudentia moralis, qua unusquisque regit seipsum, suosque actus, intendens bonum proprii suppositi in ordine ad finem humane vite; & polyarchica, per quam multitudine gubernatur. Et haec subdividitur in quatuor species, nempe in regnativam, politicam, economicam, & militarem, de quibus disserit S. Thomas 2. 2. q. 50.

Prudentia regnativa est ipsa Regia prudentia, qua civitatem vel regnum regit. Politica est illa qua homines se ipsos regunt in obediendo praefectis in ordine ad bonum commune. Oeconomica est illa que respicit administrationem honorum familiarum. Militaris denique ea que dirigit milites ad hostes oppugnandos, vel eorum insultus repellendos.

Regnativa rursus subdividitur in Monarchicam, qua unus multitudinarius praesidet; Aristocraticam, qua pauci, & magnates; & Democraticam, qua multi, ut populus, gubernat in Republica.

Partes tandem potentiales prudentiae, sive quae ordinantur ad actum minus principales, deserviunt principalfimo, sunt tres, nempe Eubulia Synesis, & Gnome. Et enim in intellectu practico in ordine ad agibilia, praeter universalia iudicia circa finem, quae rectitudo synderesis, tres tantum sunt actus versantes circa media, nimirum consilium, iudicium, & imperium; ex quibus perfectissimum est imperium, ad quod tamen iudicium quam consilium ordinantur; unde illud persequitur immediate ad ipsam prudentiam, quae inter virtutes media respicientis est perfectissima, ut fere ostendimus in Tractatu de actibus humanis disput. 11.

disput. 11. quae est de usu & imperio. Pro rectificando vero consilio ponitur Eubulia, quae idcirco bene consiliativa dicitur. Ad rectificandum vero iudicium ponuntur duae virtutes, nempe Synesis & Gnome, quarum prima iudicat secundum communes leges; & ideo est directiva communis iustitiae legalis; altera vero iudicat secundum rationem naturalem de his, in quibus deficit lex communis, a qua proinde dirigitur epikeia, quae est altior iustitiae, quam legalis communiter dicta. De his partibus prudentiae, seu virtutibus illis annexis agit S. Thom. 2. 2. quest. 51. ubi fere profequitur, quae nos breviter & compendiose expendimus.

Porro quam virtus haec homini necessaria sit, tum sacri, tum profani Auctores passim docent; eamque unanimi consensu, certatimque commendant. Sic Prov. 3. Bonus vir dicitur qui affuit prudentia, vel Hebraice, beatitudinis viri, ut multiplex beatitudo viri prudentis commendatur. Sic Ambrosius lib. de Paradiso, quadruplicem fluvium inde prominentem explicans: Philosophus prudentia est (inquit) & ideo aurum optimum habet. Et paulo infra: Bene utique primo loco fluvius hic positus est, quia non unam gentem circumspexit: non enim angusta quaedam, sed aeternae utilitatem prudentia est quae pluribus proficit; ideo prima ut si quis de Paradiso fuerit egressus, velut quoddam cum prudentia flumen excipiat, ne cito possit arefcere, sed per hanc ad Paradisum facile revertatur. Et lib. 1. de officiis cap. 27. Primas officii suos est prudentia, qui fons & in ceteras virtutes derivatur: neque enim potest justitia sine prudentia esse, cum exquirat quid iustum, quidve iniustum sit, non mediocriter sit prudentia. Augustinus lib. de moribus Ecclesiae c. 24. Non minus de prudentia differendum est, ad quam dignoscenda pertinet appetendum ac vitandum; quae si desit, nihil eorum de quibus jam dictum est (ad iustitiam, fortitudinem, temperantiam pertinentium) effici potest. Basiliius in constitutionibus Monasticis cap. 15. Prudentia remota nihil in iustis generis est, quod licet bonum videatur, non in vitam recidat, si aut alieno tempore, aut non adhibita moderatione fiat; ratio vero & prudentia ubi rebus bonis idoneum tempus ac modum definiunt, mirabile est quatenus ex earum usu fructus redundet, &c. Demum Tullius quest. 2. Tusculana: Sine prudentia ne intelligi quidem ulla virtus potest, &c.

DISPUTATIO II.

De Justitia, & partibus ejus.

Iustitia secunda Cardinalium virtutum, prima est & praerantissima inter morales: unde Philosophus 5. Ethicorum cap. 1. Praerantissima virtutum (inquit) est iustitia, & neque Hesperus, neque Lucifer ita admirabilis. Haec (ait Ambros. in Psalm. 38.) alius est positus mater, quam sui communis comendatum, non suam, expectat, & alienum bonum pro suo dicit involvendum. Bonus & praerantia iustitia, cuius bonum omnibus proficit. Haec (subdit Ribadeneira lib. 2. de Principe Christiano cap. 3.) principio fundavit regna, fundavit habitatos, stabilivit aetate, ornavitque, & quam obtinent amplitudinem, manseruntque concessit. Haec populi vulneribus moderat, sollicitos resurgit, exasperatos animas miratur, pacem firmat, bellis obstitit, Reges gloriosos facit, regis secretatim praesat, & in primis Deum honorat ac revereatur, cui nullus potest esse sacrificium gratius, nulla hostia acceptior, quam victima iustitiae, cuius vinculo calum cum terra, suprema cum inferis, & extrema, maximeque divulsae mundi partes, inter se coniunguntur. Demum ut scite ait Porphyrius lib. 3. de abstinencia: Iustitia virtutum omnium obsequium est: nam sicut fames, juxta Socratem, ciborum omnium condimentum est; ita iustitia omnibus virtutibus gratiam atque saporem conciliat. De hac ergo tam praerantia & illustri virtute, cuius (inquit Philo lib. de creat. princ.) tanta excellentia est, ut nullus Poeta, nullus Scriptor satis laudaverit, breviter hic agendum est, & prius ejus definitio explicanda, deinde partes ipsius recensenda.

ARTICULUS I.

Explicatur definitio iustitiae.

Iustitia famitur duobus modis: Primo large, pro collectione omnium virtutum, sive prout dicit statum omnium virtutum collectione perfectum; & haec vocatur iustitia generalis, de qua Christus Matth. 5. dicebat: Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisaorum, non intrabitis in regnum caelorum; & Matth. 1. Joseph vocatur iustus, id est perfectus in omni virtute, seu omnibus virtutibus exornatus. Unde quia radix omnium virtutum est gratia & caritas, Multoties ille nomen iustitiae sibi assumunt, ut patet ex Augustino de natura & gratia c. 38. & cap. ultimo, ubi fit ait: Caritas inclinata, inclinata iustitia est: Caritas magna, magna iustitia est: Caritas perfecta, perfecta iustitia est; & omnes in gratia constitutos vocat. Theol. Genet. Tom. IV.

canus iustus, propter ipsam gratiam. Secundo iustitia sumitur stricte & determinate pro virtute aliqua morali, quae est ad alterum, ponitque aequalitatem juris inter personas: unde definitur ab Aristotele 5. Ethic. cap. 1. & a Cicerone libro de officiis cap. de iustitia, nec non ab Ulpiano lege Iustitia, ff. de iustitia & iure: Perpetua & constantis voluntas, jus suum unicuique tribuens: Quae definitio perfecte declarat naturam iustitiae, ut ostendit D. Thomas 2. 2. quest. 58. art. 1. nam per haec verba: Perpetua & constantis voluntas, indicatur quod iustitia sit virtus, cum sit voluntaria, sive ex electione, ac firma & stabilis, quae sint conditiones virtutis ut sic, immo innuitur quod ejus subiectum sit voluntas, in qua sola iustitia ex moralibus virtutibus subiectatur, ut patet ex dictis in Tractatu de virtutibus in communi disp. 2. artic. 2. & 3. Per reliqua verba, scilicet jus suum unicuique tribuens, indicatur proprium objectum iustitiae, sive materia circa quam veritatur: alie quippe virtutes morales sunt praecipue in ordine ad operantem, & ad proprias ejus operationes; iustitia autem est praecipue circa ea quae ad alterum sunt, sicut circa propriam materiam, & jus alienum ut ad aequalitatem servandam, tanquam proprium objectum respicit. Unde medium iustitiae, dicitur medium rei: medium vero aliarum virtutum, medium rationis: non quod ipsa iustitia non attendat etiam medium constitutum per prudentiam, atque adeo medium rationis, sed quia haec in materia iustitiae non aliter constituitur medium, quam per aequalitatem secundum rem, ut scilicet tantum reddatur, quantum reipsa debetur, cum tamen in materia temperantiae & fortitudinis, medium non sit aequalitas a rebus determinata, sed quam prudentia attentis omnibus circumstantiis constituit, quae proinde modo erit plus, modo minus, modo sic, modo aliter, secundum quod circumstantiae temporis, loci, personarum, &c. variantur.

Porro jus quod est objectum iustitiae, adequate dividitur a jus naturale, & jus positivum, ut docet D. Thomas 2. 2. qu. 57. art. 2. Jus enim, sive iustum, est illud quod est adequatum seu commensuratum alteri; dupliciter autem potest alicui homini esse adequatum, nimirum vel ex ipsa natura rei, puta cum aliquis tantum dat, ut tantumdem recipiat, & hoc vocatur jus naturale, vel ex aliquo condico, sive privato, sive publico, & hoc appellatur jus positivum: quod subdividitur in divinum & humanum, rursumque humanum in Canonicum & Civile: nam licet apud Philosophos jus humanum non sit, ipsi quod dicitur civile sive temporale, eo quod apud illos sola externa & mere temporalia politica comperta esset; tamen apud Christianos, qui agnoscunt duplicem hominis societatem, pro duplici proximo fine in quem homo dirigi potest, duplex quoque jus positivum, a duplici potestate fines illos intendente promanans, est agnoscendum.

Si autem queras, quid sit jus gentium, & an a jure naturali & positivo distinguatur? Ad primam partem quaesiti respondeo jus gentium dici illud quod est omnibus gentibus bene institutum commune, & earum consensu vel saltem usu inductum. Nam sicut omnes gentes, tametsi regni & provinciarum divise, habent semper moralem aliquam unitatem, & mutua communicatione indigent; ita etiam indigent jure aliquo & legibus, saltem usu ipso laetis, & tantopere diffusis, quantum communicatio illa quae dirigitur. Ad secundam vero questionem dico, jus gentium contineri sub jure positivo humano, quamvis aliquid participet de jure naturali.

Prima pars hujus resolutionis probatur primo ex D. Thoma 2. 2. q. 57. art. 3. ubi expresse docet jus gentium non esse jus naturale; quod etiam aperte indicat 1. 2. q. 94. art. 5. ad 3. & q. 95. art. 4. & 2. 2. q. 66. art. 2. ad 1.

Probatur secundo: Id quod ex libera hominum constitutione dependet; est jus positivum. Sed jus gentium ex libera hominum constitutione dependet: Ergo non est jus naturale, sed positivum. Major patet, Minor probatur ex Justiniano in institutis de jure naturali, gentium, & civili, ubi ait: Jus gentium omni humano generi commune est: nam usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanae jura quaedam sibi constituerunt. Idemque habetur in cap. Omnis lex. Et Cajus in lege Omnes populi ff. de iustitia & jure: Quod naturalis ratio (inquit) inter homines constituit, id apud omnes aequo custoditur, vocaturque jus gentium: Ergo jus gentium non est determinatum ex rei natura, sed ex hominum beneplacito, conformi naturali.

Probatur tertio: Jus naturale est immutabile & indispensabile: Sed jus gentium potest variari, & in rigore in illo dispensari hominum auctoritate; nam cum jure gentium sit introductum, ut capti in bello iusto sint servi captivum, de facto in fidei favorem in hoc est dispensatum, dum statutum est ab Ecclesia, ne Christiani ab aliis Christianis capti in bello iusto, sint servi captivum, nec captives habent verum dominium supra captos: Ergo jus gentium non est jus naturale, sed positivum.

Secunda vero pars, quae assertit jus gentium aliquid participare de jure naturali, colligitur ex D. Thoma 1. 2. qu. 95. art. 4. ad 1. ubi ait: Jus gentium est quidem aliqua